

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 5: De aliis rebus

Caput 9: De prelatis ecclesiasticis (5)

Unde Bernardus:

Res pauperum non pauperibus dare,
in parte sacrilegii crimen esse dignoscitur.
Sane patrimonia pauperum sunt, facultates ecclesiarum.
Unde sacrilega crudelitate subripitur,
quidquid sibi ministri et dispensatores,
non utique deo ultra victimum recipiunt et vestitum.
Non enim ordinavit deus hiis qui evangelio serviunt,
de evangelio querere delicias vel ornatum,
sed vivere ex eo,
ut videlicet sint contenti alimento corporis,
non gule incitamento libidinis vestimentis,
quibus tegantur, non quibus ornentur.

Res pauperum non pauperibus dare,
par sacrilegio crimen esse dignoscitur.
Sane patrimonia sunt pauperum, facultates ecclesiarum:
et sacrilegia eis crudelitate subripitur,
quidquid sibi ministri dispensatores,
non utique domini vel possessores, ultra victimum accipiunt et vestitum.
Nec enim ordinavit Deus his qui Evangelio serviunt,
de Evangelio quaerere delicias vel ornatum,
sed vivere (ait Paulus) ex eo (*I Cor. IX, 14*),
ut videlicet sint contenti alimento corporis;
non irritamenta gulae, aut incentiva libidinis,
et quibus tegantur, non quibus ornentur, accipere.

Gaufridus Claraeuallensis, *Declamationes de colloquio Simonis cum Jesu, ex S. Bernardi sermonibus collectae*, 17 (PL 184, col.449B).